Fragmentarium

naim vastitas et contritio magna.
Contritio moab adnuntiate clam
orem parvulis eius. Per ascensum enim luit.
plorans ascendit in fletu. quoniam in de
scensu oronaim hostes ululatum con
tritiones audierunt. Fugite salvate a
nimas vestras. et eritis quasi myrice in de
serto. Pro eo enim quod habuisti fiduciam in muni
tionibus tuis et in thesauris tuis. Tu
quoque capieris. et ibit chamos in trans
migrationem. Sacerdotes eius et princi
pes eius simul. Et veniet praedo ad omnem
urbem. et urbs nulla salvabitur et peri
bunt valles et dissipabuntur campe
stria quoniam dixit dominus. Date florem moab
quia florens egredietur. et civitates eius deser
te erunt et inhabitabiles. Maledictus
qui facit opus domini fraudulenter. et ma
ledictus qui prohibet gladium suum a
sanguine. Fertilis fuit moab ab adole
scentia sua. Et requievit in fecibus su
is. nec transfusus est de vase in vas
et in transmigrationem non abiit. Id
circo permansit gustus eius in eo. et odor
eius non est inmutatus. Propterea ecce di
es veniunt dicit dominus. et mittam ei ordi
natores et stratores laguncularum.
et sternent eum et vasa eius exhau
rient. et lagenas eorum conlident. et confun
detur moab a chamos sicut confusa est
domus israhel a bethel in qua habebat fidu
ciam. Quomodo dicitis fortes sumus. et viri
robusti ad proeliandum. Vastata est mo
ab et civitates illius ascenderunt.
et electi iuvenes eius descenderunt in occi
sionem. ait rex dominus exercituum nomen eius.
Prope est interitus moab ut veniat. et
malum eius velociter accurret nimis. Con
solamini eum omnes qui estis in circuitu
eius et universi qui scitis nomen eius. di
cite quomodo confracta est virga fortis. baculus
gloriosus. Descende de gloria et sede in siti
habitatio filiae dibon. quoniam vastator mo
ab ascendet ad te. dissipabit muni
tiones tuas. In via sta et prospice habita
tio aroer. interroga fugientem et eum
qui evasit. Dic quid accidit. Confusus
est moab quoniam victus est. ululate et clama
te. adnuntiate in arnon quoniam vastata
est moab. et iudicium venit ad terram campe
strem super helon. et super iasa. et super mefaat.
et super dibon. et super nabo. et super domum
deblathaim. et super chariathaim et
super bethgamul. et super bethmaon.
et super charioth. et super bosra. et super
omnes civitates terrae moab quae longe et quae
prope sunt. Abscisum est cornu moab. et
brachium eius contritum est. ait dominus. Ine
briate eum quoniam contra dominum erectus est. et
allidet manum moab in vomitu suo.
et erit in derisum etiam ipse. Fuit enim in derisum
tibi israhel. quasi inter fures repperisses eum.
Propter verba ergo tua quae adversum illum
locutus es captivus duceris. Reli
quite civitates et habitate in petra ha
bitatores moab. et estote quasi columba
nidificans in summo ore foraminis.
Audivimus superbiam moab. superbus
est valde. sublimitatem eius et adrogantiam
et superbiam et altitudinem cordis illius.
ego scio ait dominus iactantiam eius. et arro
gantiam eius et quod non sit iuxta eam
virtus eius nec iuxta quod poterat cona
tus sit facere. Ideo super moab eiulabo. et
ad moab universam clamabo. ad vi
ros muri fictilis lamentantes. De planctu
iazer plorabo tibi vinea sabama
propagines tuae transierunt mare. usque
ad mare iazer pervenerunt. Super mes
sem tuam et vindemiam tuam praedo irru
it. Ablata est laetitia et exultatio de car
melo et de terra moab. et vinum de torcu
laribus sustuli. Nequaquam calcator
uvae solitum celeuma cantabit. De cla
more esebon usque eleale et iasa dederunt
vocem suam. a segor usque ad oronaim vi
tula consternans. Aquae quoque nemrim
pessimae erunt. et auferam de moab
ait dominus offerentem in excelsis et sacri
ficantem diis eius. Propterea cor meum
ad moab quasi tibiae resonabit. et cor
meum ad viros muri fictilis dabit
sonitum tibiarum. Quia plus fecit
quam potuit. ideo perierunt. Omne enim
caput calvitium. et omnis barba rasa erit
in cunctis manibus colligatio. et super

STCBBC1001-21 $350

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30.1, (seq. 42) – Jeremiah and Lamentations (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zshm/1117/15771)